b. <u>Commissio</u> vom 9. Dezember 1277; RA. n. 31 (Carolus I 1278 D) fol. <u>119a – 120a</u>.

[Entsprechende Commissio vom 30. August 1276: RA. n. 22 (Carolus I 1275 A) fol. 180b – 181b; vgl. <u>Minieri-Riccio</u>, Genealogia di Carlo I d'Angiò 148 ff. n. 23.

~~RA n. 31 f. 119a bis 120a~~ 235

<u>Am Rande</u>: Commissio araciarum Sicilie, que sequi debuit commissionem massariarum infrascriptam. De curia.

Scriptum est Petro de Aresio de Melfia magistro massariarum curie in Sicilia fideli suo etc.

Cum officium araciarum curie nostre in Sicilia, quod Perrottus de Verberiis marestalle nostre vallectus fidelis noster cum officio marestallarum in eisdem partibus per nostram curiam exercebat, per te providerimus usque ad nostrum beneplacitum exerceri, predicto Perrotto de Verberiis in eodem marestallarum officio remanente, fidelitati tue precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, ad predictas partes Sicilie te personaliter conferens, omnia iumenta stallones stallas pultros et pultras mulos et mulas asinos ac equitaturas singulas et alia animalia quelibet araciarum ipsarum nostrarum Sicilie per pilaturas balsanaturas et mercaturas eorum necnon utensilia quelibet servos et res singulas et iura quelibet deputata ad servicium comodum et utilitatem araciarum ipsarum, que procurabantur in partibus ipsis per Perrottum predictum et socium, si socium de mandato curie nostre habebat, ad opus et utilitatem araciarum ipsarum ab ipso Perrotto et socio eius, si socium habeat, recipias et ea omnia cum diligencia procures et facias procurari. et super meliorandis et augmentandis eisdem eam curam et sollicitudinem semper adhibeas et adhiberi facias, quod, sicut speramus credimus et intencionis nostre exstitit, aracie ipse augmentum et melioracionem suscipiant tua solercia faciente. et semper aracias ipsas in locis aptis a) et congruis,

a) Im Reg. darüber geschrieben: bonis, von gleicher Hand (?).